Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et apl̄i

ergo spiritum accipiant sicut nos
Et cornelius autem adhuc
nus qui in die iudicii ad hanc horam omnes eramus hom no
na in domo mea Et ecce vir stetit ante me in veste
candida et ait Cornelii exaudita est oratio tua et eleme
tue commemorate sunt in conspectu dei Misite go ioppen
et accersi symonem qui cognominatur petrus Hic hospitatur
in domo symonis corarij iuxta mare Confestim igitur
misi ad te et tu bene fecisti venendo nunc go omnes nos
in conspectu tuo assumus audire omnia quecumque tibi precep
ta sunt a deo Aperiens autem petrus os suum dixit In veri
tate comperi quia non est personarum acceptor deus sed in
omni gente qui timet eum et operatur iustitiam acceptus est
illi Verbum enim quod misit filijs israel annuncians pacem
per iesum christum Hic est omnium dominus vos scitis quod factum
est verbum per universam iudeam incipiens enim a galilea
a post baptismum quod predicavit iohannes iesum a nazareth
quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute Qui pertransiit
benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo quia
deus erat cum illo Et nos testes sumus omnia que fecit in re
gione iudeorum et in iherusalem quem occiderunt suspendentes in lig
no Hunc deus suscitavit tertia die et dedit eum manifes
tum fieri non omni populo sed testibus predestinatis a deo nobis qui
manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mor
tuis Et precepit nobis predicare populo et testificari quia ipse
est qui constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum Hu
ic omnes prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere
per nomen eius omnis qui credit in eum Adhuc loquente pe
tro verba hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum
et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui venerant cum
petro quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est Audi
ebant enim illos loquentes linguis et magnificantes
dominum Tunc respondit petrus Numquid aquam quis prohibere
ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos
Et iussit eos in nomine domini iesu baptizari Tunc rogaverunt
eum ut maneret aliquot diebus

XI

Audierunt autem apostoli et fratres qui erant in iude
a quia et gentes receperunt verbum dei Cum autem
ascendisset petrus iherusalem disceptabant ad
versum illum qui erant ex circumcisione dicentes Quare
introisti ad viros preputium habentes et manducasti cum illis
Incipiens autem petrus exponebat illis ordinem dicens Ego
eram in ciuitate ioppe orans et vidi in excessu mentis
visionem descendens vas quodam uelut linteum magnum
quatuor initijs submitti de celo et venit usque ad me
in quod intuens considerabam et vidi quadrupedia terre
et bestias et reptilia et volatilia celi Audiui autem vo
cem dicentis mihi Surge petre occide et manducabam di
xi autem Nequaquam domine quia omne aut immundum numquam intro
iuit in os meum Respondit autem iterum de celo dixit Quod
deus mundauit tu ne communicaris Hoc autem factum est per
tres et recepta sunt rursum omnia in celum Et ecce continuo
tres viri astiterunt in domo in qua eramus missi a ce
sarea ad me Dixit autem spiritus mihi vt irem cum illis nihil
hesitans venerunt autem mecum et sex fratres isti et ingressi
sumus domum viri Narrauit autem nobis
quomodo vidisset angelum in domo sua stantem et dice
rem sibi Mitte in ioppen et accersi symonem qui
cognominatur petrus qui loquetur tibi verba in quibus sa
luberis tu et vniuersa domus tua Cum autem cepissem lo
qui cecidit spiritus sanctus super eos sicut et in nos in
initio Recordatus sum verbi domini sicut dicebat
Johannes quidem baptizauit aqua vos autem baptizabimini
spiritu sancto Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut et nobis
qui credidimus in dominum iesum christum Ego quis eram qui possem
prohibere dominum Hiis audito tacuerunt et glorificaverunt
dominum dicentes Ergo et gentibus deus penitentiam ad vitam
dedit Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione que
facta fuerat sub stephano pertransierunt usque phenicem
et cipprum et antiochiam nemini loquentes verbum
nisi solis iudeis Erant autem quidam ex eis viri cy
prij et cyrenij Qui cum introissent antiochiam loque
bantur ad gentes annunciantes dominum iesum Et erat manus
domini cum eis multusque numerus credentium conuersus est ad
dominum Peruenit autem sermo ad aures ecclesie que erat
in iherusalem super hoc et miserunt barnabam usque antio
chiam Qui cum venisset et vidisset gratiam dei gauisus
est et hortabatur omnes proposito cordis permanere in domino
quia erat vir bonus et plenus spiritu sancto et fide Et appo
sita est turba multa domino Profectus autem est autem barnabas
ut quereret saulum Quem cum inuenisset perduxit an
tiochiam et annum totum conuersati sunt in ecclesia et docu
erunt turbam multam ita ut cognominarentur primum antio
chie discipuli christiani In his autem diebus superuenerunt ab
iherusalem prophete antiochiam et surgens vnus ex eis
nomine agabus significabat per spiritum fame magnam fu
turam in vniuerso orbe terrarum que facta est sub claudio Di
scipuli autem pro ut quis habebat proposuerunt in ministerium
mittere fratribus habitantibus in iudea fratribus quod et fecerunt mit
tentes ad seniores per manus barnabe et saulum Eodem
autem tempore misit herodes rex manus ut affligerent ecclesiam

XII

Eodem tempore autem misit herodes rex manus ut affligerent ecclesiam de ecclesia
Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio Vi
dens autem quia placuit iudeis apposuit apprehendere et pe
trum Erant autem dies azimorum quem cum apprehendisset mi
sit in carcerem Tradens quatuor quaternionibus mili
tum ad custodiendum volens post pascha producere eum populo
Et petrus quidem seruabatur in carcere oratio autem fiebat sine
intermissione ab ecclesia ad dominum pro eo Cum autem producere
tur eum erat herodes in ipsa nocte erat petrus dormi
ens inter duos milites vinctus catenis duabus et
custodes ante ostium custodiebant carcerem Et ecce an
gelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo percussit
que latus petri excitauit eum dicens Surge velociter et ce
ciderunt catene de manibus eius Dixit autem angelus ad
eum Praecingere et calceis te caligas tuas et fecit sic Et
dixit illi Circumda tibi vestimentum tuum et sequere me
Et exiens sequebatur eum et nesciebat quia verum est quod
fiebat per angelum Existimabat autem se visum videre
Transeuntes autem primam et secundam custodiam venerunt ad por
tam ferream que ducit ad ciuitatem que illi aperta
est eis Et exeuntes processerunt vicum vnum et continuo discess